



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro  
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad  
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones  
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

**Dusault, Nicolas**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660**

§. 7. Conclusio libri secundi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

*Conclusio Libri secundi.*

Satis est Deus Optime Maxime, satis superque & rationum ac motivorum efficium ad persuadendum nobis ut abhinc creaturis corda nostra integrè atque perfecte reponamus in divinâ providentiâ tuâ: hanc solam in posterum levabimus oculos nostros, hanc spectabimus semper; ab ea subsidiumque expectabimus. Sicut oculi servorum in manibus Dominorum suorum ab his auxilium & protectionem obtrineant: ita oculus nostri ad te Domine Deus nostras spes nostras vota arque desideria nostras cogitationes omnes dirigemus ad te ut non confundamur. Tu indidisti nobis inclinationem tam insitam atque innatam omnibus etiam sceleratissimi quique eam dissimulare non possint. Tu invitasti nos fidelitate promissionum tuarum ad sperandam omnium generis bonorum copiam. Tu statuisti variâ punitionis exempla in eos, qui spem suam posuerunt in Creaturis, ut doceres nos ab hoc malo meliora sapere. Tu denique firmissimâ rationibus convicisti nos, quibus amplius reluctari non valemus. Vale ergo humana providentiâ, vale sapientiâ carnis & sanguinis. Vale



1. 4. 11

lete doli & artes, valete dignitates & honores mundi, fama nominis, vires corporis, divitiæ, amicitia & foedera hominum valete. Debilia estis & infida fortunæ membra, bonorum imagines, felicitatis umbræ, humanæ spei ludibria; fidere vobis amplius non placet, uti vobis quando necessitas coget, utemur ut peregrinis bonis, ut fluxis & perituris. Omnis in posterum spes atque fiducia nostra defixa erit in Deo Optimo Maximo cœli terræque Domino, rege seculorum immortalis, invisibili, cui soli honor & gloria in secula seculorum. Amen.

LIBER TERTIUS

DE

Effectibus Fiduciæ in Deum.

Proœmium.

§. I.

Qui fidunt Deo, rectè comparantur Soli.

QUANTA est differentia solis inter lumen & fumigantis lucernæ, tanta est inter eum qui fiduciam suam ponit in divina providentia, & eum qui humanæ fidei prudentiæ. Unde Vir sanctus comparatur soli

L 3

soli